

NICOLAVS TRONVS vel TRIBVNVS II.
DUX LXVII.

Electus die 23. Novemb. Anni 1471 obiit 28. Iulii Anno 1473.

MONIMENTVM ANTIQVVM.

*Hic Thronus aethereis Dux est demissus ab astris,
Ut Persam Veneto iungeret Imperio.*



LXVIII.



N Turcas ferociente Persa, Maurus Princeps decumbit, eiusq; in sacrà expeditione socius Nicolaus Thronus subrogatur, Legatus olim extraordinarius ad Romanum Pontificem, & D. Marci Procurator. Persarū iste Legatos audiit, quibus nomine Vssum cassani bellicā tormenta petentibus satisfecit, adiunctis muneribus, quæ erga Regem Veneta m testarentur amicitiam & munificentiam. Veneti & Pōtificii rubore suffusi, quod nil adhuc preclarè gesissent, Smyrnam eo ardore appulerunt *Mocenico* Duce, quod unicā impressione, deletis pro pugnatoribus arcem expugnaverint munitissimam. In Ciliciam inde nunc Caramaniam navigarunt (cuius Reguli in opia fatigati, Turcico præmebantur imperio) & Corcyru æneis prostratum machinis, Seleuciamque urbem suo satis conditore illustrem expugnarunt, suisq; dominis restituerunt. Ad Mycrā munitissimā arcem, in quam Venetus castra posuerat, Aias begus occurrit validi ductor exercitus, initoq; certamine, anceps victoria nutavit, donec cadente